



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 43. Augustana Civitas a Gustavo Sueco occupata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Sæc. XVII. occumberet. Paulopost ipsum quoque  
A. C. 1632. Tillium, cum grandinantes inter solo-  
pos ac tubos, interque volitantes tor-  
mentorum globos periculi contemptu  
propius Lycum adequitans, hostium  
tentamina exploraret, globus æneus  
minore tubo excussus secundum geno-  
dexterum graviter vulneraverat. Tam  
insausto utriusque Ducis casu nondum  
Maximilianus extrema contra Suecos  
experiendi animum abjecerat, cum ve-  
ro ceteri Belliduces perpenfa suorum  
paucitate, atque ingruentis noctis pe-  
riculo, animos a prælio alienos pre-  
ferrent, Maximilianus impedimentis  
Neoburgum præmissis, totum exerci-  
tum turbatis minime ordinibus Ingol-  
stadium conduxit, amissis suorum tri-  
ginta, neque pluribus: Hæc demon-  
fuit pertinax illa pugna, ac funefi-  
clades, qua Maximiliani copias pete-  
deletas fuisse, Scriptorum nonnulli  
aut Sueci gloriam augendi studio, ve  
Bavarici nominis invidia abrepti  
fingunt.

## §. XLIII.

*Augustana civitas a Gustapho Sueco  
occupata.*

Stengel.  
Comm. de  
reb. Aug.  
e. 73. p. 2.  
§. 18.

Postridie, quam Maximilianus Elektor  
castra moverat, Gustaphus Sueciæ  
Re

Rex cum quadraginta suorum millibus Sæc. XVII.  
 Lyco trajecto Rainam occupavit, ac A.C. 1632.  
 die nono Aprilis Dilingam Episcopi Au-  
 gustani civitatem in deditio[n]em accepit, Lotich. l.c.  
 hancque urbem necnon Binswangium p. 1022.  
 ceterasque ad utramque Lyci oram Langen-  
man.. Hfl.  
 sitas immodicis exactionibus exhaustis, Reg. Aug.  
 incendiisque devastavit, civibus de- c. 2. p. 207.  
 prædationis calamitatem multo auro Adlzer. An-  
 incassum redimentibus. Vexabantur nal. Boic.  
part. 3. l. 17.  
 præcipue horrenda crudelitate Ec-  
 clesiastici, ac rustici, qui ædibus  
 relictis per saltus vagari coacti,  
 inedia, aeris intemperie, omnique mi-  
 feriarum genere magnam partem con-  
 fecti periere. Die autem decima octa-  
 va ejusdem Mensis Gustavus Lechusii  
 castra posuit, ac Fridberga potitus,  
 altera die Augustam Vindelicorum,  
 quam ex Bavaris sex millia tuebantur,  
 aggredi statuit, eo a Lutheranis non  
 modo Legationibus, sed & promissis  
 invitatus. Comperto Suecorum ad-  
 ventu vehementer trepidabant Catho-  
 lici, ac ferme omnes, præsertim Sa-  
 crorum Antistites, plurimique Reli-  
 giosi, necnon Matronæ Nobiliores par-  
 tim ad Tyrolis alpes, partim Salisbur-  
 gum aufugere, haud ignari, se a Pro-  
 testantibus, Suecisque militibus, quo-  
 rum minis, ac sævitiis terrebantur, ad  
 necem, tormenta, vel libidinem desti-  
Hfl. Eccles. Tom. LIX. Mm nari.

Sæc. XVII. nari. Porro Gustavus primo a Bava  
A. C. 1632. ris hostilem in modum egregie belli tor-  
mentis salutabatur: nihilominus mil-  
qui ditionem peteret, tubicine lite-  
ras ad Magistratum submisit, signifi-  
cans, quod quia non ad opprimendo  
„cives, sed reddendam libertatem ad  
„venisset, futurum sperasset, quod Uni-  
„hostilia minime molitura esset, cum  
„autem manifestos Suecici nominis ho-  
„stes in præsidium recepissent, extremi  
„quæque experiri suissent promeriti:  
„vero innoxii simul perirent, Rex de-  
„ves de Regis clementia certos re-  
„deret, si illa adhuc die Bavar-  
„cas cohortes urbe expellerent,  
„hostile contra Suecos tentarent,  
„de injuria Regi illata transfigerent;  
Perlectis hisce literis Senatus tum et  
integro Catholicus, cum Lutherano-  
rum civium copiam ac perfidiam re-  
formidaret, nec validioris præsidii spe-  
haberet, literas submissione plenas a  
Regem transmisit, contestatus, que  
„armis resistere haud intenderit, pre-  
„fidarios vero receperit, eoquod juri  
„menti, quod Cæsari præstitisset, me-  
„mor, id eidem denegare haud potue-  
„rit, illos vero nunc ejicere, suas es-  
„cederet vires, potius ergo Rex ha-  
„nestas ditionis leges concederet  
„ipsusque Bavarum militem ad dilice-

„sum hortaretur, nec tum Senatus suis Sæc. XVII.  
 „partibus defuturus esset:,, mox Lu- A.C. 1632.  
 therani cives Senatum urgebant, ut  
 ejecto præsidio urbem Suecis dederet.  
 Ipse etiam Rex Senatoribus denuo in-  
 stabat, ut confessim præfidiarios dimis-  
 terent, eo quod hi intus numerosæ Pro-  
 testantium civium multitudini, foris  
 autem victoriose Regis exercitui resi-  
 stendo impares essent. Paulopost Re-  
 gius Legatus in urbem admissus, cum  
 Bavarae legionis Tribuno Ottone Hen-  
 rico de Fugger de Urbis ditione ege-  
 rat, eademque pene hora Senatus  
 Schellenbergium, Welserum, aliosque  
 duos Senatores ad castra ablegabat,  
 qui cum Rege paciscerentur. Hos ve-  
 ro utpote Catholicos Rex audire de-  
 dignatus, Lutheranos quoque adesse  
 voluit, quorum in hac pactione potis-  
 sum intereflet.

### §. XLIV.

#### *Ditionis Leges a Senatu Regi pro- positæ.*

Tergiverabantur Lutherani, suos Le-  
 gatos Catholicis jungere; privatim  
 enim sua cum Suecis consilia cuden-  
 tes caußabantur, nihil suarum rerum  
 hac pactione agi.

M m 2

Quo-